



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis  
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de  
Antverpiae, 1610**

De tempore celebrandarum, nuptiarum, & alijs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96556)

Denique & illud queri potest, an filio legitimo per scriptum principis, nepos ex eo naturalis, & legitimus, censetur ipsi auctore legitimus. Quia in quaestione existit, an ipse nepos esse auctore legitimus: ex eo quod eius pater fuerit legitimus. Quia conclusio probatur primo, quia legitimus vere legitimus censetur, ex Bart. assertione in l. si quis, qui pro emptore, ff. de usufructu, cuius sententia alibi probauimus, sed si pater legitimus esset, nepos patris locum subintraret. Secundo, fortior est legitimus, quia adoptio, auct. quibus in natura, ff. de iur. iur. Bald. in l. neque absens, ff. de adoptio. Sed patre adoptato principis auctoritate, censetur nepotes adoptati, l. 2. §. si, ff. de adoptionibus, ergo & eodem modo legitimatio erit censenda.

Tertio, facit l. fin. Cod. de natura lib. ubi nepos ex radice infecta prohibetur auctore succedere: igitur a contrario, si radix definit esse infecta, succedat auctore ipse nepos.

Quarto, aliquo succedere prohibito, eius proles etiam censetur prohibita, text. ubi Angel. id notat in auctent. de haer. ab intest. §. reliquum, versic. ex diuerso. Bald. in l. fin. Cod. de verb. signif. igitur aliquo admisso ad successionem, eius proles admissa iure dicitur.

Quinto, legitimatio non est ita restringenda, quin ad consequentia extendatur, auctore Domini in c. 1. §. 1. & in c. 2. col. 2. de filiis presb. in 6. la. in rub. ff. de lib. & posthu. num. 14. non ergo erit mirum patris legitimatorem ad nepotes extendi.

Sexto, tametsi dispensatio ad consequentia seu annexa, sine quibus consistere potest, non extendatur ex communi sententia: tamen quando accessorium non indiget dispensatione, quia non est vitio infectum, sed tantum id vitium habet a principali, remoto illo defectu a principali per dispensationem, consequens, & accessorium liberum erit ab omni macula. Dom. & Prapoli. in cap. nos consuetudinem. 1. 2. dist. 1. Felu. in cap. postulasti. de rescript. numer. 10. in capitulo statutum: versic. dignitate de rescript. in 6. igitur sublata macula, quam pater ex conceptione fortitur, filius natus est liber a paterno vitio, & sic erit legitimus.

## §. VNDECIMVS.

## De tempore celebrandarum nuptiarum.

## SYMMARIA.

1. Quo tempore a iure pontificio prohibentur nuptiarum solennia.
2. Secunde nuptia an sint benedicenda.
3. Matrimonium cum meretrice contrahens opus pium agit, atque indulgentiam peccatorum consequitur.
4. Meretrix que dicitur.
5. Intellectus ad l. palam, ff. de ritu nupt.
6. Regia lex Tauri explicatur.

Ed & praeter alia illud notandum erit, nuptiarum solennia celebrari non posse, iure Pontificio prohibente, a Septuagesima usque ad octauam diem post Pentecosten, cap. Cappelanus de feriis, in quo illud est aduertendum, ipso die Dominico post Pentecosten, quo festum Trinitatis ab ecclesia celebratur, posse nuptiarum solennia peragi: atque ita est intelligendus text. in cap. Cappelanus, dum dicit dominica quae sequitur, scilicet, post Pentecosten, secundum Imo. ibi. Flor. 3. part. tit. 1. cap. 17. Syluest. in verba matrim. 7. §. 2. & Regiam l. 18. tit. 2. part. 4. quamvis Abb. in d. c. Cappelanus, contrarium cum aliis Docto. tenere velit.

Item illud ad dendum est ab aduentu Christi vsque ad Epiphaniae festum, etiam haec nuptiarum solennia esse vetita, non oportet, 33. q. 4. ita vt nec ipso die Epiphaniae possint haec solennia contingere. Abb. & alij in d. cap. Cappel. d. Reg. lex. 18. Flor. & Syluest. locis paulo ante citatis. Aduentus autem Redemptoris nostri incidit die Dominico, qui contingit a die vigesima septima Nouembris ad tertiam diem Decembris, vt not. Spec. lib. 6. rationa. rub. de aduentu.

Est tamen a praefata prohibitione deducendum tempus a Dominica, quae octaua est a Resurrectionis die, ad dies vsque Rogationum exclusiue: ita vt in hoc tempore possint nuptiae celebrari, non tamen ipsa die Dominica, quae octaua est a Resurrectione: neque in diebus Rogationum, capit. non notat. 33. quaest. 4. & hoc ipsi notat praedicti Doct. Hodie vero

ex decretis Synodi Tridentinae sess. 4. solennitas nuptiarum prohibetur tantum ab Aduentu domini vsque in diem Epiphaniae, & a feria quarta cinerum vsque in octauam Paschae inclusiue: reliquis anni temporibus omnino permittitur nuptiarum solennitate.

Hic etiam agendum est, vt vtrum secundae nuptiae sint benedicendae? & constat ex cap. 1. de secund. nupt. clericum secundas nuptias benedicentem, ab officio & beneficio suspensum, ad Apostolicam sedem mittendum esse cum literis Episcopi. Qui tamen text. locum habet, ubi constante priori matrimonio presbyter secundas nuptias benedixit. Ioan. And. Ant. Abb. & alij ibidem. Regia l. 2. tit. 1. 2. part. 4. Sed Syluest. in verbo, nuptiae, intelligit illum text. ita vt locum habet, etiam priori coniugio soluto, si vterque coniugio iam fuerat semel benedictus, vel saltem ipsa mulier: quod si femina nondum fuisset benedicta, potest tunc benedictio solenniter fieri, idem Thom. in 4. sentent. dist. 42. quaest. 3. ad finem. Cuius opinio in praxi seruatur, secundum Henric. in cap. vir autem, de secund. nupt. ubi gloss. hoc etiam notat.

Poenam vero suspensionis per sententiam erit imponenda: non autem inferatur a canone ipso iure. Hostien. Abb. & alij in d. cap. 1. quorum intellectus communis est ad illum text. vt testatur ornatissimus vir, ac Praesul Calagurritanus Ioan. Bern. in sua praxi, cap. 68. idem notat Henric. in d. cap. vir autem, & Palud. in 4. sentent. dist. 42. quaest. 4.

Est tamen haec in re notanda Ioannis vigesimisecondi extrauagans constitutio, ex qua missio sacerdotis, secundas nuptias benedicentis, ad Romanam curiam, omnino tollitur. Ex ea etiam probabilior apparet illa opinio, quae Henr. in d. c. si vir, refert pluribus auctoritatibus ad eam citatis, scilicet, secundas contrahentem nuptias benedicentem esse, si prioribus nuptiis benedictus non fuerit, siue sit vir, siue femina, quod si benedictus is semel fuerit, non esse benedicendum. Sed opinionem sancti Thomae vix frequentior recipit.

Libet equidem illud, veluti huius paragraphi coronidem adnotare, vt contrahentem matrimonium cum meretrice, maximam peccatorum indulgentiam a canone consequi, ex c. inter opera de spons. Siquidem maximam misericordiae opus est, peccantem corrumpere, eumque a peccato auertere: est enim misericordiae opus spirituale, quod corporalibus operibus misericordiae praestat, vt not. Arch. in c. vna, 45. dist. Tho. 2. 2. q. 32. artic. 3. Henr. in d. c. inter opera. optime Domin. a Soto in eleganti, atque omnibus numeris erudita relectione de secreto, memb. 2. q. 1. conclus. 3. conceditur ergo hoc opus exercenti remissio peccatorum omnium, secundum Card. & Prap. in d. c. inter opera. Quibus Abb. refragatur dicens, non concedi remissionem peccatorum omnium. Ego vero arbitror, ex intentione dicti canonis tantam poenam indulgeri accipienti meretricem in vxorem, quantum conuenit ei distribui ex thesauro ecclesiae propter illud misericordiae opus applicata satisfactione, ab ipso summo huius thesauri dispensatore.

Meretrix autem dicitur illa, quae palam libidinem exercens, questum facit: cuiusque turpitudine publice venalis est: vt probat Iurifconsultus in l. palam, ff. de ritu nupt. Regia lex 10. tit. 16. part. 3. c. meretrices. 30. q. 4. item illa, quae multorum libidini pareat, c. vna, 34. dist. in. etiam sine questu. vt in d. l. palam, constat. Ex qua etiam apparet nil referre, an sit in lupanari, caupona, aliove loco, aut taberna prostituta. Illam etiam, quae duos ad coitum causa quaestus, nec plures admittit, meretrix esse existimat Abb. in c. cum decorem, de vita, & honest. cler. id est Abb. & Prap. in d. c. inter opera. Ioan. Lup. in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 40. & in l. 62. Tau. l. 1. tit. 3. lib. 5. Recopil. ] ubi passim ceteri interpretes id asserunt per text. in d. l. palam. Ab ea tamen tantum abest huius opinionis probatio, vt manifeste contrariam approbet. Item inquit Iurifconsultus Vlpianus, quae cum vno, & altero se pecunia accepta, commiscuit, non videtur palam corpore questum facere. Quibus verbis satis apertum est Abb. & sequacium opinionem prorsus refelli. Illa etenim verba quae cum vno & altero, duos significant tantum: quod constat ex Laurentii Vallae adnotationibus, lib. 3. eleg. c. 59. Cui mire conueniunt Ouidii carmina ex epistola Saphus ad Phaonem,

Inde Chelyn Phabo, commisit munera ponam:

Et sub ea versus vnus & alter erit.

Grata lyram posuit tibi Phaebe Poetria Sappho:

Conuenit illa mihi, conuenit illa tibi.

Siq

Sic & August. lib. 3. de civit. Dei. cap. 18. dixit: Cuius in primo, & altero libro mentionem fecimus: de primo, & secundo libro intelligens. eadem significatione vitur Valer. Max. lib. 6. cap. 4. de Alexand. sic scribens: Dario enim vno iam, & altero prelio virtutem eius experto. subdit paulo post, Vocem duabus victoriis respondentem, dignamque cui tertia, sicut euenit, tribueretur.

Hinc etiam deducitur: egregie errasse hac in re Matth. ab Afflict. post Lucam de Penna in constitutionib. Neapol. tit. 43. lib. 3. dicentem eam foeminam meretricem esse, quae causa quatuor tantum virum ad coitum admittit, atque ex eo, à vicinia expellendam fore, per tex. in l. mariti. §. qui qui cum. ff. de adul. qui tamen text. loquitur in marito lenocinium comittente, & quantum ex hoc faciente: in quo fat est, semel questum accepisse, esse tamen à vicinia expellendam meretricem, atque in lupanar relegandam, probat l. 2. tit. 22. par. 7. & not. Luc. de Pen. in l. si qua. col. 2. C. de spectacul. lib. 11. Paul. de Call. in l. nullus. C. de sum. trinit. Bal. in l. 2. in fin. C. de iure emphyt. Platea per textum ibi in l. cum supra. C. de re militari. Matth. de Afflict. in d. rubr. 43.

Ceterum dum Regia l. 62. Tauri. [l. 10. tit. 3. lib. 5. Recop.] prohibet ob pecuniam debitam foeminas deduci ad publicum carcerem, nisi sint foeminae manifeste fornicariae: non arbitrator fore necessarium, vt secunda legis pars locum habeat, foeminam esse meretricem. Sat enim erit esse publice alterius concubinam: quod ex Baldo colligitur, qui in l. consentaneum. C. quo. & quand. iud. fin. col. dixit foeminam luxuriose viuente, quae quidem honesta non est, pro debito pecuniario posse ad carceres duci. Hoc tamen simul cum Regia lege est ita intelligendum, vt locum habeat, quando haec foemina inhonesta, atque impudica nupta non est: quod si nupta fuerit, duci ad carceres pro pecuniario debito non debet. Ioann. Andr. in additionibus ad Speculatorem, tit. de iniuriis. quem sequuntur Iaf. in l. ad egregias. ff. de iure iur. Barb. consil. 207. colum. 1. volum. 1. Ioan. Lup. in cap. per vestras. 3. notab. §. 12. num. 2. Capicius decisio. Neapo. 44. idque passim d. Regiae legis interpretes admovent. idem notant Alex. & Iaf. in l. per quem in si. ff. de in iur. vocan. Barb. in cap. pastoralis. col. 6. de iudicis. Decius in l. 2. ff. de reg. iur. num. 77. feret enim maxima iniuria marito, & matrimonio: quod maxime coadiuuatur ex l. si vxor. §. diu. ff. de adul. et. quem text. praefati Doct. passim adducunt ad eorum sententiam comprobendam: post Rom. qui in l. si vero. §. de viro fallentia. 2. ff. soluto matrimo. illum ad id valde commendauit: eandem conclusionem notat Ludouicus Gomez. in cap. mulieres. de iudi. in 6. num. 15. tamen si Decius in d. cap. pastoralis. & Ioan. Baptista. de debitoribus suspectis & fugitiuis. quaest. 5. in si. aduersus hanc opinionem probare conentur nil referre foeminam coniugatam esse, quo minus ad carcerem duci possit, si meretrix sit: quorum opinio procedere poterit eo casu, quo nupta consentiente viro fornicetur, vt in hac specie adnotauit Ioannes Baptista dicta. quaest. 5. quem sequitur Ludouicus Gomez. in d. cap. mulieres. & Hippol. in l. vnica. C. de rapt. virg. num. 31.

- 21 Mater, Pater, Soror & cognati reliqui in causa matrimoniali testari possunt.
- 22 Confessionis sacramentalis arcanum non est reuelandum, ad matrimonij probationem.
- 23 Confessionis sacramentalis secretum non est detegendum, etiam quo ad crimen committendum in perniciem Reipublicae, saltem nominatim auctore.
- 24 Confessionis sacramentalis secretum an ex licentia confitentis delatari possit.
- 25 Sententia lata in matrimoniali causa, à qua provocatum non est, an transeat in rem iudicatam. & quomodo reuocetur, num. seq.
- 26 Appellationis remediò non reuocatur sententia in causa matrimoniali lata, nisi intra tempus fuerit appellatum, & qua remedia ratio sequitur.
- 27 Sententia à qua non est appellatum, qualiter ex consensu tacito ipsius condemnati vires assumat rei iudicatae, & num. 32.
- 28 Sententia in causa matrimonij spiritalis, an transeat in rem iudicatam.
- 29 Sententia in criminali causa, an transeat in rem iudicatam.
- 30 Defensionibus an possit a reo criminis Renunciari.
- 31 Iama illa seruanda.
- 32 Defensio ab occisione an licite omittatur ab illo, qui poterat se defendere occidendo inuadentem.
- 34 Condemnatus appellationem omittens an possit contra iudicem agere ex iur. quate sententia.
- 35 Sententia iniqua an reddat virorem tutum in conscientia iudicis.
- 36 Qui non appellat ab iniqua sententia, non est tutus in foro conscientiae.
- 37 Nuptus contrahere non potest absolutus iniqua sententia à prioro matrimonio, in foro conscientiae.
- 38 Sententia erronea in causa matrimoniali transeat in rem iudicatam, si non provocetur.
- 39 Sententia diuortij quo ad thori separationem, an transeat in rem iudicatam.

EX his tandem, quae hoc libello tradidimus, lector diligens facile cognouerit, quanta sit causa conjugalis grauitas: in qua quidem non tantum humana iura, sed & diuina tractare oportet: in qua de maximo sacramento agendum est: in qua denique non de re pecuniaria, non, inquam, de re leui, minimique momenti, ac friuolar: sed perpetua, atque inuolabili humana societate est iudicandum. Promouere non temere, sed maxima deliberatione prauias acrolantibus Canones itauerunt, huius iudicij quaestionem, quo ad cognitionem & diffinitionem, solis Episcopis pertinere. capit. multorum. 35. quaestio. 6. capit. auditis. de praescrip. text. ceteris apertis in capit. accedentibus. de excess. prelat. teste Panormitano in capitulo. 1. de consanguinitate. quibus conuenit Regia l. penultim. tit. 10. part. 4. potest tamen Episcopi vicarius huius conjugalis causae cognitionem tractare, etiam ex generali commissofione episcopi, text. vbi Abb. & Praposi. in cap. fin. de cognat. spiritali. text. optimus, quem ipse post Hostien. ibi 2. colum. 12. intelligo in cap. literas. de rescrip. polat. idem notat Lambertinus de iure patronat. 3. part. 2. libr. quaest. 2. artic. Atque etiam capitulum vacante sede episcopali, ex eadem ratione: quod se tractat Francisc. Pauinus in tract. de potestate. cap. sede vac. 1. part. quaest. 10. colum. 3.

Est tamen dubium, an ex delegatione possit inferior Episcopo habere huius causae cognitionem. Et ex cap. proposuisti. de probat. & cap. ex literis. de integram restitui. & cap. 1. vt licet non detestatur. probatur causam matrimonialem à Romano Pontifice delegari non solum Episcopis, sed & inferioribus: nempe Archidiaconis, Prioribus, & Archipresbyteris. quod in hac specie notat Abbas in cap. 1. de consanguinitate. & affirmat. super gloss. 3. qua hoc probat. & Barba. in cap. 1. vt licet non contestata. 2. colum. Deci in cap. si pro debilitate. de offic. delegat. colum. 4. quod de iure negari non potest: sed non solent Romani Pontifices causas matrimoniales, nisi ex aliquauista causa aliis quàm Episcopis committere, vt Ioan. And. Abb. Ant. Fel. col. 3. Dec. in dicto cap. si pro debilitate. testantur & idem Decius in dicto cap. proposuisti. col. 1. Doctores per textum ibi in cap. causam matrimonij. de offic. delegat. Collecta in cap. 1. de consanguinitate. & nouissime Ludou. Gomez. in cap. statutum. numer. 82. de rescrip. in 6. Quod si matrimonialis controuersia à Romano Pontifice cuiquam delegetur, non poterit is delegatus, etiam Episcopo eam subdelegare, propter ipsius causae grauitatem, auctore Abbate in dicto capitulo si pro debilitate. col. pen. vbi Ioan. Andr. in fine. Anton. colum. 2. & Fel. 3. idem asserunt, quamuis Dec. ibid. numer. 4. teneat contrarium, dicens posse causam matrimonialem subdelegari, saltem Episcopis: atque id ex Panorm. colligit, quem corruptum vitio impressoris habuit: vt constat ex antiquioribus, à quibus Panorm. eandem conclusionem accepit. Nec obstat text. in dict. cap. ex literis. de integram restitui. vbi delegatus causam matrimonialem subdelegauit, quia eam commisit collegae, cui ipse Roma. Pontifex eandem causam commiserat, & cuius industria ab ipso principe ad idem negotium electa fuerat. Si tamen causa conjugalis

§. DVODECIMVS.

De processu in causa matrimoniali,

SVMARIA.

- 1 Matrimonialium causarum excellentia.
- 2 Iudex quis sit vere competens ad causam conjugalem tractandam.
- 3 Matrimonialis causa an delegari possit. & num. 5.
- 4 Praescribi potest cognitio in matrimoniali causa.
- 5 Causa conjugalis an possit compromitti.
- 6 Transactio in matrimoniali causa locum non habet.
- 7 Amicabilis compositio.
- 9 Compromissum in Arbitratore factum, simile est transactioni.
- 10 Iudex secularis an possit de causa matrimoniali cognoscere.
- 11 Iudex laicus virum valeat iudicare vsurariam controuersiam.
- 12 Executio contractus suspenditur per exceptionem vsure. & vbi nota Regia lex 4. titulo, de exceptionibus. lib. 1. ordinatio explicatur.
- 13 vsurarum crimen an ecclesiasticum vel civile vel mixtum.
- 14 Contestatio litis an sit necessaria in causa matrimoniali.
- 15 Contumax, absens in matrimoniali quis dicatur.
- 16 De cognitione causae & testium examinatione, in causa matrimonij.
- 17 Testes in causa matrimoniali qui sint admittendi.
- 18 Testes omni exceptione maiores qui dicantur.
- 19 Iudicij officium magnum in diiudicanda qualitate testium.
- 20 Foemina testis esse potest in matrimoniali causa.